



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Alimenta Pietatis Erga S. Iosephvm Iesu Christi Nvtritivm Post Iesvm Et Mariam Divorvm Amabilissimvm

Barry, Paul de

Monachii, 1650

Cap. XIV. Conclusio & adhortatio ad cultum S. Iosephi pertinens; vbi eorum felicitas perpenditur, qui in eius Diui tutelâ versantur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46266](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46266)

CAPVT XIV.

*Conclusio & adhortatio ad cultum S. IOSEPHI pertinens, ubi eorum felicitas perpenditur, qui in eius Diuiti-
telâ versantur.*

AMICE LECTOR! non equidem ne-
gârim has omnes pagellas, quas
perlegesti, continuam adhorta-
tionem fuisse, quâ te ad S. IOSEPHI ve-
nerationem inuitarem: fatendum ni-
hilominus est, minimè mihi à me satis-
factum iri, si ad finem libri huius non
denuo affirmarem, nullâ re magis
quàm S. IOSEPHI sedulo cultu eum iu-
uari, qui addicere se pietati, in virtutè
progressum facere, viamque sibi ster-
nere ad IESVM & MARIAM cupit: aut
nisi ad extremum studerem, te meliori
gustu ac sapore illius felicitatis imbu-
tum dimittere, quâ ij fruuntur, qui
Sancto ipsius tutoque præsidio se per-
mittunt. Hoc si præstitero, longè hi-
larior à te discedam.

Intel.

Intelligit utique Dei Mater, quid nobis expediat: quapropter si consulerem illam super delectu velles, quem ordinem pietatis teneres, quale putas ab eâ tibi consilium suggerendum? ad cuius, putas, amorem illa iuberet te animam adijcere? ego quidem existimo, non de alio tibi, quam de S. Iosepho eam locuturam; & ut ipsa vnicè illum dilexit, ita gratum illi ac iucundum fore, eadem à te fieri, claris etiam verbis te ita compellaturam: Ama Iosephum Sponsum meum, ei tua obsequia defer; quippe Angelis amabilior, cunctisque alijs post Filium meum & meipsam dignior est, cui tuum cor consecres. P. Balthasaro Alvarez magno illi viro è Societate nostrâ, qui diu S. Teresiæ S. Iosephi tam amantis confessiones excepit, cum Vallisoleti ardenti acutaque febre decumberet, Religiosus quidam tunc ei præsens digitum in Dei Matris, ac S. Iosephum intendit, eum cohortatus, ut B. Virginis sanctissimo Sponso se commendaret.

N s

Cui

Cui Pater, rectè, inquit, me mones; ita enim DEI Mater mihi iniunxit. Illud autem imperium, vt deinde ipse fassus est, in Lauretanâ B. Virginis æde accepit. Similia te facere DEI Mater iuberet; cuius consilium, si acceptares, mille forsan blanditijs te recrearet, & amanter gratias referret; quemadmodum olim S. Teresiæ agebat; fortasse eius à te susceptæ pietatis intuitu omnem tibi operam polliceretur, ac insigne aliquod munus sua tibi manu offerret, testatura, quantopere illo amore, quo S. IOSEPHVM prosequeris, oblectaretur. An credis te deterioris conditionis, quàm S. Teresiam fore, si tantundem in S. IOSEPHVM pietatis ostenderes, quantam illa toto vitæ tempore præ se tulit? vide, quid ei ex illâ Dei Matris beneuolentiâ acciderit: probè ausculta, atque inde magnum ardorem concipe, S. IOSEPHVM amandi & colendi. Quo tempore S. Teresia magno studio laborauit, vt Abulæ primum sub auspicio

cio

cio ac nomine S. IOSEPHI Monasteriū
 Carmelitis Discalceatis erigeret, quo-
 dam B. Virg. in Cælos Assumptæ die,
 dum orationi vacabat, DEI Matrem
 vidit ex vnâ parte, ex alterâ verò S. IO-
 SEPHVM extraordinarijs beneuolentiæ
 signis sibi blandiri. Inter alia, quæ in-
 credibili gaudio illam affecere, singu-
 lare illud familiaritatis à DEI Matre
 ipsi exhibitæ documentum fuit, cum
 eius apprehensam manum blandè tra-
 ctans gratias illi pro piâ propensione
 egit, quâ in S. IOSEPHVM ferebatur,
 proque illâ pietate, quâ eum colebat:
 post peractas gratias eidem promisit,
 omnia eius sanctè destinata opera om-
 ni ope se promoturam: postremò velut
 omnibus illis beneficijs coronidem im-
 positura monile aureū cum cruce inde-
 pendente illi obtulit, tam rari splen-
 doris ac pulchritudinis, vt nihil pul-
 chrius à se visum in terris affirmaret.

Ab eâ voluptate, quam Mater dul-
 cedinis ex aliorum in S. IOSEPHVM stu-

N 6

dio

a Ribera l. 1. c. 15.

dio percepit, ad illam transeamus, quâ
 Sancti ob eandem causam fuere per-
 fusi. Credi non potest, quanto gaudio
 fuerit S. Teresie mens cumulata, quan-
 do maximis incrementis vidit popu-
 lorum in S. Iosephum pietatem auge-
 ri: nec maiorem oblectationem habuit,
 quam alios eo sensu imbuere, omni-
 busque, quibuscum agebat, eum pro
 Patrono nominare. Ignoro equidem,
 quid suasuri nobis cœlites essent, si no-
 biseum sermo illis foret: didici tamen,
 olim pridie B. Virginis ab Angelo sa-
 lutatæ S. Gertrudem, cum illæ, quæ
 diuinum Officium in choro decanta-
 bant, S. Iosephi nomen pronuntia-
 rent, vidisse Sanctos omnes in cælo
 capita honoris ergo submisisse, oculis
 in se mutuò conuersis, magnaque læ-
 titiæ signa edidisse, ob S. Iosephi in
 cælo gloriam, & exhibitum in terris
 honorem conceptæ. *a* Vnde ita me-
 cum statuo, Beatos omnes in Dei Ma-
 tris sententiam ituros, nihilque nobis
 tanto-

a In lib. Reuelat. S. Gertrudis.

tantopere inculcaturus, quàm vt varijs officijs gratiam admirabilis huius Patrarchæ aucupemur.

Verùm Mater bonitatis, S. Tereſia, omnesque sanctæ illæ mentes num tam salubre nobis consilium essent subministraturæ, vt non maxima in nos emolumenta ex eius vsu redundarent? minimè gentium. Quare fixum nobis ratumque sit, S. IOSEPHVM plùs quàm vnquam nos amatuos, eumque quotidie in omni reliquâ vitâ, festoque illius die, & quavis datâ occasione singularibus omnino officijs demerituros. Certè omnem amorem ac obsequium promeretur, quando ipso nemo post Filium, & Sponsam eius Deo est charior, nemo amabilior. Adhæc sui amantes omnis generis beneficijs exornat; eorum gratiâ etiam prodigia patrat; sunt enim ita affecti mortales, vt nullos Diuorum ament, quàm qui multis miraculis sunt celebres, & à quibus aliquid auxiliij, aut in animo, aut in corpore, aut vitâ, alijsque rebus ac-

cepturos se confidunt. Si hoc duntaxat spectetur, nullus hodie S. IOSEPHO est celebrior, nemo Diuorum ad ferendam suis cultoribus ac supplicibus opem attentior ac promptior. Magnus nobis per ipsum ad IESVM & MARIAM patet; neque aptius compendium est in huius & illius amorem se insinuandi, & ab vtriusque bonitate optata quolibet consequendi, quam S. IOSEPHI operâ vtentibus. Hoc inuentum imitatione dignum & sanctum stratagema est, quo Henricus pius admodum Canonicus Carnutensis utebatur, dum S. IOSEPHI tutelæ ac præsidio se commisit: volebat is, tam potentem in cælo Aduocatum, vt Gerson ait, deligere, vt certus esset, si fauentem sibi S. IOSEPHVM haberet, se charissimæ illius Sponsæ, dulcissimoque Filio curæ fore; ratus fieri non posse, vt quisquam condemnetur, si S. IOSEPHVS illi patrocinaretur, qui in cælesti curiâ omnia post IESVM & MARIAM potest, penes quos facultas est, cælum, cui
volent,

volent, referandi. Denique magnæ felicitatis est, sub eius clientelâ esse: hoc sancti eius amatores, qui modò cælum tenent, magno suo bono didicerunt; hoc omnes illi deuoti, qui adhuc sunt in viuis, intelligunt, qui diem ac horam illam satis laudare non possunt, quâ primam in eum pietatem conceperunt: hanc illi gratiam singularibus beneficijs à Deo sibi concessis accensent, quòd eam mentem ac voluntatem acceperint, S. IOSEPHVM amandi atque colendi. Atque hæc felicitas gratiaque huius tutelæ tanta est, vt tam citò pro Patrono fuerit à nemine delectus, quin eodem tempore, si necesse fuerit, eius præsidio se committentibus auxilium præbeat, ne precibus quidem suorum clientum exspectatis; velut satis illi esset scire, eos ad se spectare, vt in animum inducat, ipsis benefacere, & à periculis ac infortunijs, quibus possent exerceri, eosdem eripere. Cùm S. Terefia nonnullis Monialibus comitata iter faceret,

ret,

get, Veasij Monasterium inchoatura,
 cum toto comitatu inter asperrimas
 & salebrosas rupes à viâ exerrans ad
 ingentis præcipitij cliuum deuenit,
 vbi nec auriga promouere currum, ne-
 que ad latus retroagere, aut aliover-
 sum mouere posset. In eo discrimine
 suos iussit ad Deum confugere, ac in
 præsentis periculo S. Iosephi Patris sui
 curæ se commendare. Vix absolutæ ad
 Deum & Diuum preces fuere, cum il-
 licò infrà hominem senem sunt con-
 spicati, qui eos sistere gradum iube-
 bat, aliter, si vltra pedem proferrent,
 certò perituros. Cumque sciscitaren-
 tur, ecquò igitur se verterent? huc, in-
 quiebat ille: quamuis locus ille cur-
 ru adiri non posset. Quo dicto viri,
 qui eas deducebant, & ipsæ Moniales
 prodigosè viderunt, se procul omni
 periculo in bonâ, seguraque viâ ver-
 sari. Conabantur quidem deinde eum
 hominem inquirere, vt ei gratias refer-
 rent; sed nuspiam comparuit, quem-
 admodum S. Terefia comites antè ad-
 monuit;

monuit; iussit enim illos eo labore superfedere; eum quippe, qui viæ ducem se præbuiſſet, eosque ex imminenti periculo liberâſſet, S. IOSEPHVM charissimum Patrem suum fuisse.

Exorcista, qui Ioannæ ab Angelis Laudunensis Monasterij Antistitæ adfuit, experimento doctus, S. IOSEPHVM in eos, qui se illi committerent, hoc sæculo admodum beneficum esse, sibi proposuit, in Dæmonum eiiciendorum, qui eam Monialem possidebant, negotio singularis Patroni loco ipsum se habiturum. Quod consilium ei feliciter successit: fructus enim illius patrociniij statim fuit in magnâ mutatione deprehendi cœptus, quæ in eius animo euenit, Dæmonibus sæpissimè de Diuo illo, ac impedimentis ab eo, quò minùs frequenter auderent eius Virginis libertatem infestare, obiectis querebantur; cùm ipsa liberrimè vacare pietati, alijsque pietatis exercitijs posset. Cumque Dæmones roga-

rentur,

a *Ex lib. funda. Ord.*

rentur, quæ causa tantæ mutationis esset, inter blasphemias voces facti sunt, JOSEPHI potentiam illam tribuendam. Superius dixi, ex eo statim tempore illum suis propitium esse, quo se illi crediderunt, etsi non rogetur: atque ita omnino est; quâ in re memorabile cum primis est, quod Ludguni mense Septembri anni præteriti 1638. contigit. Rem mihi is ipse enarrauit, qui factetur, S. JOSEPHO Patrono suo amantissimo æternum se esse obstrictum. Res ita gesta est. Petrus Enialuinus Mercator, cum quodam B. Virg. festo die Septemb. mense cum suorum amicorum aliquo ad templum S. JOSEPHI venisset, post aliquot sermones, quos vir ille honestus de beneficijs in varios à S. JOSEPHO collatis, de quæ illius summis meritis cum mercatore habuit, magnum inde desiderium concepit, eum sibi Patronum singularem deligendi, eum colendi, ac sæpius eius sacram ædem frequentandi. Reipsâ postridie, qui dies fuit Iouis, ac

se-

a Ex gloria S. Josephi, p. 8, & 9.

sequenti, qui Veneris fuit, illic sacro
interfuit. Proximâ Dominicâ, quę infra
octauam eius diei fuit, quo iste S. Iose-
PHI clientem se fuit professus, res illi
mira euenit: cùm enim campos animâ
causâ obambulare, in duos sibi igno-
tos viros incidit, quorũ vnus nullâ da-
tâ causâ ferream in eum fistulâ explo-
sit triginta glandulis è plumbo onera-
tam; quæ omnes corpus ingressæ nullũ
illi lethale vulnus fecêre; tres etiam, vel
duæ in superficie ventris hæserẽ, in-
trorsũ penitũs non admissæ, alia quo-
que in fronte se compressit. Seruus e-
ius, vxor, quæ fuit in auxiliũ accita, &
nonnulli prætereuntes humi afflictum
contuiti mortuum credidêre: sed va-
nus ille metus fuit. Saucius ipse, vbi se
versari in suo sanguine, ac illo articu-
lo deprehendit, S. IOSEPHVM inuoca-
uit, vxore quoque pro eius incolumi-
tate eidem Diuo votum concipiente.
Ac tantum vtriusque pietas valuit, vt
æger penitũs ab omni vulnere conua-
lescens, S. IOSEPHI templum adierit
prorsus

prorsus incolumis, ei Diuo gratias acturus, tabellamque addiderit, quæ pro S IOSEPHI gloriâ ex voto suspensa suum infortunium simul & huius opem tam præsentem loqueretur, in cuius fidem ac tutelam non nisi ante quinque dies concessisset. Adeo certum est, eum sapere, prouidum esse, probè suos amores & studia pietatis impendere, quisquis S. IOSEPHVM pro suo Patre ac singulari Aduocato ac tutore accersat.

Postquam tot huius pietatis emolumenta attuli, quibus ad eam lectorem, si quis oculo hunc meum laborem dignabitur, inducere fui conatus: postquam tanta illius præfidij à S. IOSEPHO suscepti commoda, eiusque peculiariter in sibi deuotos charitatem exposui; nihil mihi dicendum restat, nisi vt S. Tereciam imitatus, eum qui dictis dare fidem recusat, per DEI amorem obtester, velit ipse experimento discere, num expediat, S. IOSEPHVM colere: certè is vsu cognoscet, pauca à me fuisse dicta, centiesque ac millies esse

esse

esse felicius, illius amori ac veneratio-
ni studere, quàm ego aut centum scri-
ptores, in eius laudes effusi, possunt
verbis complecti. Ita se res habet: cre-
dat mihi, qui volet, imitetur me, qui
volet: mihi certum est, I O S E P H V M,
dum viuo, medullitus amare, & hunc
amorem totâ æternitate prosequi. Sed
nolim istum amorem languidum esse,
sed omnino ardentem. Hoc vnum
me affligit, quòd illum seriùs amârim:
at decretum est mihi, eam temporis
iacturam luculentiori amoris flammâ,
quâ in ipsum caleo, deinceps compen-
sare. Neque quisquam expectet, mi-
hi rei vllius amorem posthac potio-
rem fore. Post I E S V M, & M A R I A M
I O S E P H V S mihi in amore & delicijs
erit: neque ad cumulum mei in S. I O-
S E P H V M amoris quidquam mihi ita
cordi est, quàm constanter eum in om-
ni vitâ amare, ac postremum Spiritum
beatæ illi clausulæ iterum iterumque
repetitæ impendere: *Uivat, I E S V S,*

M A R I A, I O S E P H!

Amen.

OFFI.